

§ sed & in iudicio ff. de minor. gloss. elegans verbo contractibus, in authent. Sacramenta puberum, Cod. si aduersus vendit. docens, regulam illius Textus dispensantis, contractus puberum, seu minorum 25. annis iuramento firmatos, inuiolabiliter absque spe restitutionis obseruandos fore, æque procedere in actis iudicialibus, quibus minor per se in iudicio comparens, non contrauenturum se iurauit, ac similis gloss. sub eodem verbo, in cap. 1. §. item Sacramenta, de pace iuram. firmanda, in vltibus feud. communiter receptæ secundum mox referendos, gloss. titiden verbo processibus, & sententiis, vers. Sed quare ex delicto, in extrauag. provide 2. de sent. excommunicat. inter communes, \* quæ Textum illum prohibentem, Ecclesiasticum decerni interdium pro causa pecuniaria (quam prohibitionem late exornant, & explicant Matius Alerius de censur. tom. 2. disp. 10. de interdicto, cap. 2. dubitat. 2. & 3. Suarez disp. 36. sect. 3. à num. 8.) extendit ad iudicia, in quibus quis etiam ex delicto in pecunia fuerit condemnatus, atque ita id argumentum communiter etiam vbique DD. probant, Capella Tholosana decis. 45. 49. & 106. Barthol. Capella cautela 2. 19. circa finem, Nicolaus Euerat. in locis legalibus, loco 39. à contractibus ad iudicia, Ioan. Gutierrez in d. authent. Sacramenta puberum, num. 1. 17. (vbi relata gloss. verbo contractibus sententiam ex pluribus communem resoluit) & de iuram. conf. 3. part. cap. 11. n. 2. Anton. Hering. de fideiuss. cap. 7. num. 171. cum aliis infra, in iudiciis namque \* quasi contrahitur, l. 3. §. idem scribit, vers. Nam sicut in stipulatione ff. de peculio, notat Euerat. d. loco 39. num. 2. vers. Et ratio præmissarum, & post alios Hieronym. Gonzalez ad reg. 8. Cancellaria gloss. 6. num. 171. Hieron. Ceual. commun. contra mun. tom. 4. §. 8. 9. (quæ est 1. illius libri) num. 887. Ioan. Maria Nouarius in praxi electionis, ac variat. fori sect. 2. §. 10. n. 8.

61 Vnde cum apud nos vxor absque mariti licentia contrahere prohibetur in l. 55. Tauri que est lex 2. tit. 2. lib. 5. nota compilat. consequenter prohibetur per se in iudicio abique eadem licentia comparere, his verbis, La mujer durante el matrimonio sin licencia de su marido, como no puede fazer contrato alguno, assi mismo no puede fazer contrato ni estar en iurejo, faciendo, ni defendiendo sin la dicha licencia de su marido, nempe ex ratione d. l. aut Prætor, vers. Est enim absurdum, quam Taurina legi rectè applicat D. Per. de Lara in compend. visa hom. cap. 28. num. 31 & 32. & cum hoc secundum \* Lusitanorum ordinatio lib. 4. tit. 66. in principio non expressisset, sed primum tantum, quod mulier coniugata absque mariti licentia contrahere nequeat, & ad id illam ex rationis identitate extendendam fore merito docet, atque ita in Senatu iudicatum refert Melchior Phebus decis. Lusit. 62. n. 5. part. 1. Nec obstat \* hoc in casu iuramentum, ab vxore, per se in iudicio comparente, præstatum de ei non contraueniendo, quia & si tale iuramentum in præiudicium ipsius iurantis valeat, vt valet à minore interpositum, iuxta tradita sup. num. 50. & sic id vxorem obligare post mariti mortem quomodo procedit sententia Palacij Rub. in repetit. rub. de donat. inter. §. 68. num. 40. prout cum rectè intelligit, communem dicens, Burgens. Marcus Salon de Pace conf. 2. n. 97. at viuente marito in eius præiudicium minime tenet, \* ex reg. Text. in cap. cum contingat, 28. in fin. illic: Cum in alicuius præiudicium non reuadent, extra de iureiurand. & in c. 2. de pactis, lib. 6. ex quibus generaliter deduxerunt omnes, iuramentum in certij præiudicium non valere, huncque eius effectum inter alios referunt

Mancinus de iuramento 4. part. effectus 110. Fortini. Garcia de vlt. sue iuris num. 365. vers. Iuramez cum enim, & n. 364. Seraphinus, nonnulla alia iura ciuilia inducens, de priuileg. iuram. priuilegio 151. n. 3. Cardin. Franc. Mantuc. de tacitis, & ambig. comment. lib. 12. tit. 33. n. 44. & lib. 13. tit. 37. n. 8. atque ita ex ea regula id in terminis nostris resolunt idem Palac. Rub. n. 18. Michael. Ciphonta, vers. Quod primò limita, Didacus Castellus gl. verbo no vada, & Ant. Gomez n. 8. in l. 56. Tauri, D. Præses Couarr. in 4. de sponsal. 3. p. cap. 7. §. 1. num. 3. Petrus Auendan. de exequend. manda. 2. p. cap. 27. n. 15. & in dictionario, verbo otorgamiento, vers. Amplia, Ludouic. Mexia ad l. Regiam Toloni de los terminos, 7. fundamento 2. part. n. 27. Menchaca. contrones. vbi frequent. lib. 1. cap. 10. num. 25. Ioan. Matiene. ad relata m. l. compil. gl. 1. n. 18. Ioan. Gutier. in d. authent. Sacramenta puberum, n. 38. & 39. ac de iuramento confirmator. 1. p. cap. 1. num. 33. & 34.

Denique superiori verissime resolutioni circa pragmaticæ nostræ intellectum consecrarium & illud est, idem fore dicendum in priuilegio legis vnica. C. quando Imperator inter pupillum, & viduam, quo pupillis, viduis, alique mirabilibus personis fauorabiliter concessum est, vt causas suas recta via omnia prioris iudicis instantia ad Regiam Curiam deferre possint, siue scilicet agant, siue conueniantur, vt sentit rectè Accurs. ibi, verbo perhorrescent, cuiusque legis generalitas satis significat, & vsu forensi id esse comprobatum testantur D. Præses Couarr. in pract. cap. 7. num. 5. Azeued. in l. 8. tit. 3. lib. 4. nota compilat. sub num. 6. Ioan. Maria Nouarius in praxi electionis, ac variat. fori, sect. 2. quæst. 3. & sect. 3. §. 4. Ofual. Hillig. ad Donel. lib. 17. comment. cap. 20. D. nouissime Gabr. Aluarez de priuileg. miserabil. quæst. 3. n. 3. nam \* vt hoc priuilegio potiantur etiam minores 25. annis post adultam ætatem patre carentes, ratio postulat, quippe qui licet sub nomine pupillorum, quorum lex illa in specie meminit, propriè non contineantur, pupillis namque in iure diffinitur is, qui cum impubes est, deficit in patris potestate esse morte aut emancipatione, l. pupillus 239. ff. de verb. signif. at continentur \* nomine miserabilium personarum, inter quas illos rectè connumerat Alex. conf. 22. num. 16. vers. Et iudicio meo, lib. 4. miseram liquidem conditionem, & ætatis imbecillitas, & iudicij fragilitas inducunt, multis eos captionibus supponentes, multorumque infidisi exponentes, l. 1. vers. Nam cum inter omnes, constat, in l. 1. auxilium 37. alias 38. §. in delictis illic, miseratio ætatis, ff. de minoribus, quod & significat Marcus Aurelius Cassiodorus lib. 4. variat. cap. 9. dum ait, quod patris auxilio nudati, multorum iniuriis solent de nouo exponi, quorum adolescentia perna videtur incommendis, atque ita non minus, quam pupilli præfatio priuilegio digni sunt, id quod magis expresserunt leges nostræ Regiæ, legi illi vnice consonantes, nempe \* lex 5. vers. O por pleyto que demandasse huerfano, tit. 5. l. 41. tit. 18. & l. 20. tit. 23. p. 3. l. 14. in fine tit. 2. lib. 3. ordinam. & d. l. 8. circa finem tit. 3. lib. 4. nona compil. quæ vtuntur orphanorum vocabulo, quod latius patet, neque tantum pupillos, sed etiam adultos patre destitutos comprehendit, l. Orphanotrophos 32. illic, Qui quidem pupillarum sunt quasi vtiores, adolescentem verò quasi curatores, C. de Episcopis, & cleric. & vltra ordinarios ibi, obseruant Laurentius Valla lib. 4. elegantiarum c. 33. Alciatus præuerrissor. lib. 1. verbo Orphanotrophus, & Petrus Gregorius syntagm. iur. lib. 2. cap. 1. numer. 5. Ambrosius Calepin. in dictionario

dictionario verbo orphanus, & lexicographi omnes sub eodem verbo, D. Couarr. in pract. cap. 6. num. 2. Stephan. Gratian. disceptat. forensi, tom. 4. cap. 166. num. 1. vade \* merito minoribus patre orbatis huiusmodi fori priuilegium competere, idque forensi vsu receptissimum esse resolunt Ioannes de Neuzanis in silua iuripali lib. 6. tit. quomodo indicandum pro commun. opin. num. 21. D. Couarr. vbi proxime, Gregor. Lopez in d. l. 5. gloss. 4. vers. In practica, tit. 5. & in d. l. 41. gloss. 1. tit. 18. p. 3. Didac. Perez ad l. 1. tit. 1. lib. 5. ordin. gloss. verbo pobres, vers. Item est notandum, Azeued. in l. 2. tit. 10. lib. 8. nona compilat. num. 243. Escobat. de ratiociniis cap. 7. num. 60. D. Ioan. del Castillo quatuor. controu. lib. 3. cap. 25. num. 17. circa finem, vers. Subdit tamen, Nouar. in praxi elect. fori sect. 1. §. 2. num. 5. Carracus de castibus curia num. 16. & Gabriel. Aluarez de priuileg. miserabil. pers. §. 4. num. 5. & 6. Ioan. à Sande decis. Friscarum lib. 1. tit. 1. de foro compet. definit. 2. vers. Quid de pupillo, quicquid contradicatur Paulus Castrensi. in d. l. vni. cuius \* sententia vera tantum est in minore patrem habente, eiusque præsidio munito, vt post alios resolunt Ioan. Maria Nouar. d. sect. 1. §. 6. num. 5. & Ofuald. ad Donellam d. lib. 17. comment. cap. 10. lit. B; quos sic rectè intelligit, lateque prosequitur Gabr. Aluar. d. tracta de priuileg. miserabil. person. quæst. 5. à num. 8. qui ex num. 13. id etiam nonnullis limitationibus vtiliter exornat. Cum itaque hoc priuilegium minoribus, patris præsidio destitutis, tam iure, quam ex recepta consuetudine competat, \* id quidem minime per relatum Regiam pragmaticam sublatum censeri debet, seu denegatum minoribus, qui iuxta eius præscriptum matrimonium contrahentes, bona sua, & vxorum proprio maritæ administratione susceperunt, quia præterquam quod si aliud diceremus, illa corrigere ius antiquum, esset etiam ipsis minoribus, quibus consulere, ac fauere intendit, valde damnosa, vtunque contrariis regulas superius non semel ponderatum quicquid contrarium, \* nempe hodie, stante illa pragmatica, minorem coniugatum non gaudere priuilegio deferendi causam suam ad Regiam Curiam, re non satis pensata contendat Gabr. Aluarez d. d. quæst. 4. num. 15. cui resolutionem hanc necum conferenti dum liber ipse prælo mandaretur, liberè eum protuli iudicium quod illi certè non modicam vim intulit, nec dubito quin ipsam si potuisset (erat enim iam tota illa quæstio typis excussa) ad finem deponendum facile pertraheret.



DISSERTATIO VI.

De eadem materia, siue de Argumentis alioquit, quibus præmissis pragmaticæ de minoribus intellectus turbari videtur, ex quorum dissolutione clarior illa, ac dilucidior apparet.

SVMARIA.

1 Pragmatica, de minoribus matrimonium contrahentibus simpliciter loquens, an de minoribus curatores habentibus, vel non habentibus accipienda sit, vel de omnibus indistinctè? & n. 20. & 21.

- 2 Eadem, administrationem eis concedens, an de restricta, vel de plena, vel de qualibet indistinctè sit exaudienda? & n. 21. & à n. 5. 4.
- 3 Verbalis, vel alterius diffinitionis in dubio in potiori significato accipienda sunt.
- 4 Administrationis verbum in praxi passim iure recepta significatio, denotata refertur ad liberam, & plenam, solum maioribus, talis administrationis capaces, competentem, & qua liberam adiamum exercitium habet.
- 5 L. 1. §. vlt. l. 3. in princ. & l. minor 32. ff. de minor. expenduntur, & de intellecta n. 15.
- 6 L. in ff. de condit. & demonstr. expenditur, & de intellectu n. 26. cum seqq.
- 7 L. sed si vnus 17. §. quod autem ait Prætor 7. in fin. ff. de iniur. expenditur, & de intellectu num. 29.
- 8 Tituli D. & C. de administr. tut. ff. de administr. rer. ad ciuit. pertinent, C. de administr. rerum publ. lib. 11. & similia iura ac honorum antiorum loca administrationis verbo videntur, intelliguntur, & num. 31.
- 9 Administrationem seu curam bonorum alterius persona non alius, quam maior, aut pro tali habitus habere potest, & n. 38.
- 10 Fictio idem operatur in casu ficto, quod veritas in casu vero.
- 11 Minor 25. ann. post certam ætatem à lege vel statu habitari, & pro maiore haberi potest.
- 12 Minores, veniam ætatis à Principe impetrantes, non magis aduersus contractus à se gestos in integrum restitui possunt, quam si maiores essent.
- 13 Nec minus legitimam personam habent, per se in iudicio standi, sed eandem per omnia. ibidem.
- 14 Matrimonium iuxta formam pragmaticam contrahentes, bona sua, & vxorum an perinde administrare absque iure possint, ac si ætatis veniam à Principe impetrasset. ? & à n. 41.
- 15 Equiparatorum idem per omnia iudicium est, ibidem.
- 16 Ratio legis 1. C. de his qui veniam ætatis, an æque militet in minore, ex vi Regiæ pragmaticæ matrimonium contrahent. honorumque suorum administrationem recipiente.
- 17 Quæ à iure communi promouentur, firmiora sunt, quam quæ à iure singulari. ibidem, & de intellectu num. 48.
- 18 Minor matrimonium contrahens ante 18. annum ex vi pragmaticæ, an post id tempus pro maiore habitus censetur, vt & à restitutioni in integrum beneficio excludatur & legitimè in iudicio comparere possit; & à n. 54.
- 19 Ordinationes Lusitanie, ac Britannie, minorem coniugatum ab anno sive ætatis vigesimo à curatores potestate liberante, matrem eum faciunt, vt non possit in integrum restitui aduersus contractus, nec iudicio per se compareri, dicere de militate auctorum sibi præiudicialium.
- 20 Statuta varia certam ætatem putà 18. aut 20. ann. designant, vt adultus tanquam maior contrahere, bonaque sua administrare possit, quæ committere sic intelliguntur, vt excludant in integrum restitutionis beneficium, & minorem capacem reddant vt in iudicio comparere possit, inob. & immobilia absque decreto alienare, & n. 54.
- 21 Auth. captiui, C. de Episcop. & cler. diffident, minorem 21. ann. matrem tamen 18. pro maiore haberi ad contrahendum pro redemptione captiui patris, vel cognati, aut restitueri, à quo heres scriptus sit, restitutionis in integr. beneficium excludisse censetur, & facultatem concessisse minori, immobilia absque decreto alienandi.

- ¶ Mulier coniugata pro mariti captiui redemptione absque iudicis licentia bona alienare potest. ibidem.
- 19 Pragmatica, minori coniugato concedens post 18. ann. bonorum administrationem, non censetur eam integram concessisse absque spe restitutionis, nec ullum aliud minoris aetatis privilegium ei adstulisse.
- 20 Verba generaliter, & indistincte accipienda esse quod dicitur, ita accipiendum est, si par ratio, & habitus detur in omnibus terminis, ad quos verbum generale vi sua referri potest.
- ¶ Absurditatem inra modis omnibus vitare conatur. ibidem.
- 21 Pragmatica sanctio & si generaliter loquatur de minoribus coniugatis, tamen generaliter & indistincte accepta, tam de minoribus curatore carentibus, quam eum habentibus, nihil quoad primos operaretur.
- 22 Accepta etiam de administratione libera, & plena, non esset tam minoribus favorabilis quam odiosa.
- 23 Pragmatica castus irregularis, est, qui potissimum verbis administrationis significationem non patitur.
- 24 Verbum, certam aliquam propriam significationem habens, vel duas aequae proprias, sed alteram potissimum, ad quam regulariter referri consuevit ratione subiectae materiae, vel qualitatis personae, ad quam refertur, & absurdum vitandi gratia, transferatur ad aliam significationem, siue in propriam, siue minus frequentem.
- 25 Administrationis verbum in l. 1. §. fin. cum duobus legibus seq. & l. minor 32. ff. de minor. necessario accipiendum est de libera, & plena, nec restitutioni obnoxia, & quare?
- 26 In l. fin. ff. de condit. & demonst. eodem quoque modo necessario accipi debet, & quare? cum duobus n. seq.
- 27 Testatoris voluntas praesertim elucet, ac pra oculis habenda est in conditionibus ab eo adiectis.
- 28 Condicio fideicommissi, a filio relicta, his verbis adscripta, si decessisset antequam res suas administrare posset, tunc denum ex voluntate testatoris impletur, cum filius decessit antequam perfectus, & tunc administrare valeat, absque eo quod restitutionis auxilio egeat, & sic ante 25. ann. ¶ Possit id dici, quod commodè, & honestè possumus. ibidem.
- 29 Administrationi plena ac perfecta rerum suarum insufficienti, actionis iniuriarum exercitium non habet, etiam absente eo, cuius in potestate est, ad intellectum l. sed si vnus 17. §. quod autem ait Praetor, ff. de iniuriis.
- 30 Administrare prohibitus plene, & integre absque spe restitutionis, prohibitus etiam censetur rem in iudicium deducere; eademque regula per contrarium valet in permisso administrare.
- 31 Administrationis verbum in titulis D. & C. de administr. tut. & similibus, de plena, & perfecta necessario accipitur.
- 32 Pragmatica sanctio, minori coniugato rerum suarum, & uxoris administrationem ab anno 18. concedens, eum maiorem non reputat, neque fugit, & quare?
- 33 Pragmatica dispositio, eum aequè respiciat res uxoris, ac proprias mariti, debet eas pariter determinare, & vulgaris regula vna determinatio, &c. exornatur.
- 34 Maritus quemadmodum res suas non potest administrare, ut curator, sic nec uxoris res, iuxta Regiam pragmaticam & quare?

- 35 Pragmatica finis non alius est, quare adolescentes ad matrimonium citius contrahendum invitare spe praemiorum, ab ea propositum.
- 36 Minori coniugato nimis esset onerosum, bonorum uxoris curam recipere, & quare?
- ¶ Curator cura finita ad rationes reddendas obstrictus est, eiusque bona pro reliquorum solutione tacite minori obligata sunt. ibidem.
- 37 Pragmatica sanctio minori coniugato curam bonorum uxoris sua concessisset, plura specialia aduersus iuris regulas contineret.
- 38 Maritus uxoris sua curator esse non potest, nec ante 25. annos tale munus exercere.
- 39 Specialia multa contra iuris regulas in dubio admitti non debent.
- 40 Pragmatica sanctio minores coniugatos habiles non reddidit ab ann. 18. ad legitimam administrationem suorum, & uxoris bonorum, sed tantum eis favorabiliter indulsit, ut eisi sub curatore essent, possent alia bona per se administranda suscipere, ac si ab initio sine eo vivere elegerent.
- 41 Pragmatica verba illa, si tenet necessitas de venia, non significant, minorem coniugatum eodem modo ab anno 18. bona sua, & uxoris administrare posse, ac si atatis veniam a Principe impetrasset, sed non egerit venia ad remouendam a curatore administrationem, & in se transferendam, & num. seq.
- 42 Pragmatica sanctio, si aequiparare omnino voluisset minorem, eius virtute matrimonium contrahentem ei, qui atatis veniam impetravit, eodem modo illi administrationem concederet, ac si maior a Principe factus esset, argue ita veterum verbis, omnimodam similitudinem denotantibus.
- 43 Minores, iuxta pragmaticam praescriptam matrimonium contrahentis, magnam ac mirabilem privilegium ab ea consequuntur, ut bonorum suorum, & uxoris administrationem a curatore absque venia remouere possint, non autem alia minorum beneficia qua amittunt atatis veniam impetrantes.
- 44 Remissio imperationis venia, qua minoribus coniugatis a Regia pragmatica indulgetur, & si res ipsa aequiparatio quadam sit minorum, quibus venia remittitur, his, qui eam impetrant, tali tamen aequiparatio restricta tantum est ad effectum merè fauorabilem potiendi pragmatica beneficio.
- 45 Argumentum ab aequiparatis in eo tantum casu locum obtinet, in quo fit aequiparatio, non in aliis.
- 46 Nec valet de casu expresso ad non expressum in materia iuris communis correctoria fauore certarum personarum.
- 47 Ratio, ob quam minoribus, atatis veniam impetrantibus restitutionis in integrum beneficium denegatur, non militat in his, qui ex vi Regiae pragmaticae bonorum suorum, & uxoris administrationem consequuntur.
- 48 Pragmatica ius non minus singulare, & privilegium est, quam ius concessio venia, imò illud hoc multo fauorabilius.
- ¶ Firmiora sunt qua a iure communi, quam qua a iure singulari, seu privilegio proueniunt, datis paribus terminis, fecit alius. ibidem.
- 49 Pragmatica sanctio concedit administrationem minoribus coniugatis, ut minoribus nulla facta inquisitione virum capaces sint, nec-ne, & quare?
- 50 Matrimonij, & fauoris ei a iure impensi potissimum finis est, ut Respublica hominibus abundet.
- 51 Contrahentes cum minoribus coniugatis postquam hi bonorum

- bonorum suorum administrationem receperunt ex vi Regiae pragmaticae, non possunt dici ab ea decepti ob restitutionis in integrum beneficium minoribus competens, & quare?
- ¶ Scire vel scire debere peritiores consulendo, idem est. ibidem.
- 52 Princeps atatis veniam minori non concedit, nisi desiderari, & qualiter hoc procedat.
- 53 Princeps tunc alienationem bonorum immobilium idè minori concessisse non videtur, ut canis ei lex consultat, ob maius euerendi patrimonij periculum.
- 54 Minor 25. ann. ante ann. 18. matrimonium contrahens post eam aetatem non habetur a pragmatica pro maiore, nec proinde excluditur a beneficio restitutionis in integrum, in eoque pragmatica differt a statuto, certam aetatem desinentibus, ut post eam quis tanquam maior contrahere, bonaque sua administrare possit.
- 55 Lex, vel statutum cum simpliciter disponit super adulta aetate, fingendo adultum in aliquo casu maiorem, & contractum ab eo celebratum firmum, & irrevocabilem, restitutionis in integrum beneficium excludit.
- ¶ Auth. Sacramenta puberum, C. si aduers. vendit, declaratur, ibid. & n. seq.
- 56 Minor inuans non contrahere contractui, a se celebrato, fingitur maior, & idè aduersus eum restitui non potest.
- ¶ Idem in minore veniam atatis impetrante. ibid.
- 57 Lex, vel statutum, cum principaliter disponit, limitando aetatem 25. ann. ad aliam minorem aetatem, puta 18. vel 20. quam pro legitima, & perfecta haberi vult, vel generaliter, vel ad certum effectum, nequa restitutionis in integrum beneficium cessat, sed & valet indistinctè alienatio bonorum immobilium.
- 58 Aetatis certa designatio, qua quis maior censetur, rerumque suarum administrationi capax, & idoneus, a iure mere positio prouenit, & quare?
- ¶ Ius civile, aut locorum lex municipale variari, ac mutari ex causa potest. ibidem.
- 59 Lex, vel statutum cum procedit simpliciter permitiendo alium, vel contractum minoris 25. ann. post certam aliam aetatem, puta 18. aut 20. ann. nec ulterius disponit, est actus vel contractus a minore in illa aetate gestus ipso iure valeat, potest tamen rescindi per in integr. restitutionis beneficium.
- ¶ Lex cum lege 41. ff. de recept. arbit. expenditur. ibidem.
- 60 Minor 25. ann. & maior 14. licet super possessoria causa in iudicio agere possit, tamen aduersus acta prauidicialia inuari valet in integrum restitutionis beneficium.
- ¶ Lex §. C. qui legitimam personam standi in iud. habeant, vel non, explicatur. ibid.
- 61 Minor 25. ann. & maior 14. licet in causis beneficiabilibus, & aliis spiritualibus pro se in iudicio agere, vel conueniri valeat, potest tamen restitui aduersus acta prauidicialia.
- 62 Matrimoniales causae spirituales sunt, & in eis procedit decisio Textus in c. fin. de iud. in 6. aduersus Ioannem a Saude, & Frisca curia decretum ab eo relatum.
- 63 Actus vel contractus minoribus a lege permitti, & administrationem concedi, stricte tantum quoad nudas terminos differantur, ac in modo statuendi, & in ratione status minime differunt, & quare?
- 64 Administrationis minoribus fauorabiliter concessa na-

mine ea tantum intelligitur, qua sit circa alienationem bonorum immobilium, & circa actionum, vel defensionum exercitium.

65 Lex minori 25. ann. post certam aliam aetatem actum vel contractum simpliciter permittens, facultatem ei prabet validè contrahendi, adeoque etiam immobilibus alienandis absque causa cognitione, & iudicis decreto, & in iudicio legitime comparandis absque auctoritate nullitate.

66 Restitutio in integrum, minoribus a lege, vel statuta magis habitatis non denegata, minus habitatis denegata censeri non debet.

APPENDIX PRÆCEDENTIS.

H Istamen omnibus, qua praeced. differtatione videtur indubitata firmamur, obici nonnulla possunt, qua illa non parum obscurare, ac labefactare videntur, a nobis hoc loci, quo clarior res appareat, ob oculos ponenda, & sigillatim pro viribus extricanda.

Illud imprimis, quod initio dicebamus, Regiam pragmaticam, nisi acceptam de minoribus curatorem habentibus, nihil operari, cum hi, qui ab initio illum non acceperunt, iure communi bonorum administrationem restitutioni subiectam habeant, adeoque nihil noui pragmatica sanctio attulisset, si de his, & non de illis minoribus accepta, hoc ipsum statulisset; haec etenim ratio duo videtur falso supponere. Primum est, \* pragmaticam illam non nisi de minoribus, curatorem habentibus, accipi posse, quod ex eo falsum esse facile persuaderi potest, quod illa generaliter, & indistinctè loquitur; nec enim distinguit minores curatorem habentes, a non habentibus, & sic generaliter, & indistinctè accipienda est, ex reg. Text. in l. non distinguemus, 3. aliis 37. ff. de receptis arbitris, l. de pretio §. ff. de publiciana in rem acti. illic de pretio vero soluto nihil exprimitur, unde potest coniectura capi, quasi nec sententia praeteris ex sit, et requiratur, an soluta sit pretium (vidi obferuat. gl. on. vers. Item nota) l. §. seruo 71. §. non dixit Praetor, ff. de acqu. her. l. 1. §. generaliter, ff. de leg. praestam. cum similibus, relatis, & exornatis sup. differtat. num. 5. Alterum est, \* pragmaticam loqui de administratione restricta, siue restitutioni obnoxia, idè accipi non posse de minore curatorem non habente, quia sic accepta nihil operaretur; quod & ipsum ex eadem ratione coniuncti videtur, cum illa minoribus coniugatis indistinctè administrationem concedat, quo nomine etiam absoluta intelligitur, imò proprius, ut mox dicemus, & illam minoribus, etiam absque curatore viuentibus, concedens, multum quidem aduersus ius commune operatur, idè que superuacua videri non potest, nec rectè ex hoc capi arguebatur.

Secundò, quia verba legis, vel alterius dispositionis, in dubio in potiore, ac potentiore sunt accipienda significatio. l. 1. §. qui in perpetuum, illic. Quamuis non efficiatur domini, in l. 1. §. C. de communi, ff. si ager velig. l. non solum 33. §. vit. vers. vltim. ff. de usucapionibus, §. sed ius quidem civile, vers. Sed quoties, inst. de iure naturis, c. penult. de sent. excomm. facit Text. in c. statutum 11. §. cum vero, ibi Primo fidem iudici facit, in l. 1. gl. verbo saltem, de rescriptis, in 6. & melior in Clement. constitutionem 4. in l. 1. gl. verbo fides, de electione, notant, & ad varia expendunt, Bartol. conf. 243. num. mibi. 2. vers. Nam vbi de dominio, post medium, & vers. Cum autem simpliciter dicimus, volum. 1. Bald. conf. 192. num. 2. volum. 3. Paulus Castren. conf. 160. num. 2. volum. 16.

lum. 1. Alexand. *conf. 147. num. 1. lib. 6. & conf. 184. num. 6. lib. 7.* Ludouic. Roman. & eius additio. *conf. 509. num. 9.* exontant Mantica. *de coniectur. vltim. volu. lib. 5. tit. 1. num. 6.* Tulch. *practic. conclusio. tom. 8. lib. 7. conclusio. 101.* Dom. Ioannes del Castill. *quot. controuers. tom. 4. cap. 39. num. 1. 2. & 3. cum segg. & tom. 7. e. 26. num. 16. & 17.* vltra alios congeitos à Simone, & August. Barbosa, & Gabr. Alvarez, quorum memini supra *dissert. 1. num. 21.* Porro \* administratiois verbum in potissima, passimque in iure recepta significatione ad integram, ac plenam, solis maioribus, talis administrationis capaces, competentem, quæ & liberum actionum exercitium habet, dumtaxat refertur: ergo Regia pragmatica, administrationis verbo vtens, eamque indistinctè concedens minoribus, matrimonium contrahentibus, de huiusmodi tantum administratione accipienda est. Minor imprimis probatur \* *ex l. 1. §. vlt. illic: Nec ante rei sua administratio eis committi debet, l. 3. in princip. illic: Per erro. minoribus rerum suarum administrationem extra ordinem indulsit. & l. minor 32. illic: Per seueritatem in administratione, ac rursus illic: Et abstinuisse se ab administratione, & illic: Administrare cessauerunt, ff. de minoribus. Rursum \* ex eleganti lulij Pauli responso in l. finali, ff. de condit. & demonstrat. his verbis: Cum filius rogatus fuisset à patre, si antequam res suas administrare possit decessisset hereditatem Titio restituere, & egressu viginti annos decessisset, rescriptum est, fidei commissum deberi, ex quo Textu soli maiori 25. annorum administrationem concedi deduxit Escobar de ratiocinijs, cap. 6. num. 23. Deinde \* ex simili, nec minus eleganti responso Vlpiani in l. sed si vnus, 17. §. quod autem ait Prator, 17. in fin. illic: Qui non sufficiat ad rei alicuius administrationem, ac per hoc nec ad actionem, ff. de iniurijs, vnde Albericus in l. ait Prator, 7. ad finem, ff. de iure deliber. hanc deduxit conclusionem, qui prohibetur administrare, prohibetur rem in iudicium deducere, cui hæc vice versa responderet, cui administrare permittitur (ceu per Regiam pragmaticam permittitur minor coniugatus) permittitur etiam rem in iudicium deducere, per regulam contrariorum, de qua in l. 1. vers. Videamus ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iuris, in princip. *eadem tit. & ins. de tutel. Denique \* ex integris tit. ff. de C. de administrat. iur. iuncta l. fin. Cod. de legitima iur. cum alijs ad sequens argumentum referendis, & ex titulis ff. de administrat. rerum ad civitates pertinentium, C. de administrat. rerum public. lib. 11. autem, de administratoribus collat. 7. sine nouella 95. iuncta l. spuris, 6. §. 1. l. non tantum 11. vers. Neque enim minores, ff. de decurionibus, l. ad rem publ. 8. ff. de maneribus, & honor. l. 2. in princ. vers. De minoribus, ff. de vacat. munerum, l. si pater tuus, 8. C. quando provocare non est necesse, quibus in locis, ac mille similibus administratio tam priuata, quam publica non alia propriè dicitur, quam maioribus competens, quod & constat ex Ciceroe, proprietatis Latina locutionis obseruantissimo, *epistolar. familiar. lib. 13. epistol. 11.* his verbis, Operamque dei, et per te, quam commodissimo negotium municipij administratur, & oration. 1. in Verrem, illic. A nobis omnia populo Romano semper & belli adiumenta, & pacis ornamenta administrata sunt, ac rursus ibi, per homines honestissimos, viros fortissimos, non imperitos adulescentulos, aut illius modi quadruplatores, leges, iudicijque administrantur, atque alibi passim; neque Hispanice verbum aliud significat, teste diligentissimo proprietatis Hispanarum vocum indagatore Don Sebastiano à Coniarum, & Orozco in thesauru Castellana lingua,**

verbo administratur, qui sic interpretatur, id est beneficiar, o traxat hazienda, persona, o Republica, id quod, vt vidimus, solis hominibus perfectæ ætatis, siue maioribus 25. annorum permittitur; procedit ergo consequens, de quo supra.

Tertio, quia præfata pragmatica minori coniugato non tantum ex anno decimo octauo administrationem concedit bonorum suorum, sed etiam vxoris, id quod multò magis indicare videtur, cum ab illo tempore pro maiore per omnia à lege illa reputati, cum non alius quam maior, aut pro tali habitus, bonorum alterius administrationem seu curam habere possit, *dicit. l. fin. C. de leg. i. uela. §. finali insi. de fiduciaria tutela, & §. item maior, vers. Minores, insi. de excusat. tutorum, quibus conseruat l. 4. titul. 16. & l. 1. & 2. vbi in fine, titul. 17. part. 6. & vltra ordinem vbiq; notant, & explicant Berginius Cauallanus de iur. & curatore, num. 4. Paul. Monta. & Ioannes Gutierrez de tutel. ille cap. 23. num. 28. & cap. 32. num. 474. hic vero l. part. cap. 7. & num. 18. vltra congeitos ab Emanuele Barbosa, ad ordinationes Lusti, *dicit. lib. 4. tit. 102. §. 1. num. 2. fictio* \* autem ideam operatur in casu ficto, quod veritas in casu vero, l. 1. in principio, illic: Filijfamilias non solum natura, verum, & adoptione faciunt, ff. de adoptionibus, l. liberam 14. §. sed & si ius, & l. cum ex oratione 44. in principio, illic: Eandem excusationem competere ei qui ius nullorum impertrauit, ff. de excusat. tutor. l. penult. & l. ff. de iure auerion. l. omne in principio, illic: Vi intelligatur reipsa stipulatio esse subspecta, Cod. de rei vxoria actione, cum similibus, notat Eucardus, in locis legalibus, loco 123. à vi fictio. num. 4. Mantica de coniectur. vltim. volu. lib. 11. tit. 18. num. 4. Pichard, in principio insi. quibus mod. testam. insinuantur, n. 5. & post alios Hieronymus Gonzalez ad regulam 8. Cancellaria gloss. 51. num. 28. & qui minor est, \* potest post certam ætatem à lege vel statuto habilitari, & pro maiore haberi, quemadmodum apparet ex authentica si captiui, vers. Qui autem, illic: In eam causam reitè contrahunt, etiam si minores 25. annis sint, maiores tamen elodocem, qui tamen pro maioribus 25. hic accipiuntur, Cod. de Episcopis, & clericis, & cum Bald. & alijs obseruat Caluacand. *traç. de tutore & curatore, num. 7.* ac decimus infra.*

Quarto, quia minores, veniam ætatis à Principe impetrantes, non magis aduersus contractus à se gestos, in integrum restitui possunt, quam si maiores essent, l. 1. C. de his, qui veniam ætat. notant vltra ordinarios Speculator. de in integrum restit. §. qui autem num. 4. Boetius *decis. 350. circa finem, vers. item ponamus, & Stortia de restit. p. 1. quest. 11. artic. 1. nu. 6. & quest. 23. art. 9. num. 39. & 40. nec minus legitimam personam habent, per se in iudicio standi absque curatore in litem, sed eandem per omnia, vt præcedent. *dissertat. probauimus sub n. 34.* at \* minores 25. annis, matrimonium iuxta tenorem dictæ pragmaticæ contrahentes, ab anno decimo octauo bona sua, & vxoris perinde administrare possunt, ac si ætatis veniam à Principe impetrasset, vt constat ex illis eius verbis: *Sin tener necessitas de venia, ergo idem in eis, quod in veniam ætatis impetrantibus dicendum est, cum æquiparatorum idem per omnia iudicium sit, iuxta præcedent. *dissertat. tradita sub num. 21.* idque \* confirmari non male potest, quia ratio ob quam in *dicit. l. 1. Cod. de his, qui veniam ætatis, minoribus ætatis veniam consequentibus in integrum restituitur denegatur, ne scilicet eum his contrahentes, auctoritate principalis rescripti decipiantur, non minus***

minus militat in minoribus, cum quibus ex vi Regiæ pragmaticæ contrahitur, imò ed fortius, quò firmiora sunt ea, quæ à iure communi proueniunt, quam quæ à iure singulari, seu privilegio proficiuntur, l. eius militiæ missus ff. de testam. militis.

Tandem, quia etsi fateamur, pragmaticam nostram loqui de minore curatorem habente, vt per matrimonij contractum, ab eo post decimum octauum annum liberetur, bonaque sua & vxoris per se administranda recuperet, adhuc ab ipsa pragmatica, iuxta hunc etiam sensum, minor coniugatus ab illo tempore pro maiore habitus censetur, ita vt restitutionis beneficio tanquam minor iuari nequeat, & legitimam standi in iudicio personam habeat, vt videre est \* in terminis similibus ordinationum Lusitanæ, ac Britannicæ, minorem coniugatum ab anno suæ ætatis vigesimo à curatoris potestate liberantium, quarum *sup. dissert. 1. n. 18.* meminimus, vt circa eas aduertunt Caidas Pereira, & Bettrand. Argevtreus, ibidem relati, & variorum aliorum statutorum, certam ætatem, puta decem & octo, aut viginti annorum deficientium, vt adulus tanquam maior contrahere, bonaque sua administrare possit, quorum idem Argevtreus meminit in suis illis *commentarijs satis eruditè adstatuta, & consuetudines Britannia tit. 21. des mineurs, sine de minoribus, post art. 45. 6. ad rubricam, sub num. 3. vers. Nec vero, in quibus similiter contractus, à tali minore celebratos, omnino absque spe restitutionis valere, imò & alienationem bonorum imbecillium absque iudicis decreto eidem permitti resoluunt Salpctus num. 2. vers. Contrarium, & Paul. Castren. num. 9. in l. 2. C. de his, qui veniam ætatis, idem Castren. in l. 3. num. 3. vers. Aut statutum dicit, C. qui legitimam personam, Philippus Corneus, *conf. 108. n. 6. vol. 3. Boetius decis. 350. num. 4. vers. Secus si statutum, Cardinalis Albanus in hincubrationibus ad Bart. ad lecturam Nicolai de Neapoli in l. magis puo 5. §. si fundum, n. 4. ff. de rebis eorum, Argevtreus vbi proximè, Caidas Pereira in l. sic curatorem habens, verbo contractum, n. 22. vers. Quibus tamen non obstantibus, & vers. Sed stante communi, Simonell. de decretis titul. 8. inspect. 3. sub n. 24. Sigismund. Scaccia de iudicij lib. 2. cap. 2. n. 546. cum duobus segg. & n. 558. nam \* & in terminis iuris communis, nempe d. authentica si captiui, vers. Etiam si minores, C. de Episcop. & clericis, dispensentis minorem 25. annorum, maiores tamen octodocem, pro maiore haberi ad contrahendum pro redemptione captiui patris, vel cognati, aut testatoris, à quo heres scriptus est, ad quam sub pena ibi præscripta tenetur, quæ cum iure Longobardorum, eandem ætatem dehnente concordat, vt asserit gl. ibi verbo accipiuntur, & vtrique apud nos consonat l. 6. vers. Et la pena titul. 7. p. 6. quod talis minor restitutionis in integrum auxilio iuari nequeat, & bona immobilia absque curatorio auctoritate, & iudicis decreto alienare valeat, notarunt Bart. in d. amb. si captiui n. 4. & ceteri communiter, quemadmodum testantur, ac resoluunt Bald. Nouellus de dor. 6. p. prinul. 61. & prin. 63. n. 2. Palac. Rob. in c. per vestrar. de donat. inter. notabil. 1. §. 26. n. 4. 5. & 6. Greg. Lop. in d. l. 6. partit. gl. 5. & in l. 18. verb. de techo, tit. 16. p. 6. Stortia de in integrum restit. 2. p. 9. §. 8. art. 3. nu. 17. Mier. de maiorat. 4. p. 1. n. 5. 7. & 9. nouissime Gabriel Alvarez de privileg. miscrah. person. q. 16. n. 45. & 46. qui & ipse ex n. 48. id rectè extendit ad mulieres coniugatas, absque marito vel iudicis licentia contrahere, & alienare prohibitas in l. 55. & 59. Tan. vt pro ipsius mariti**

captiui redemptione id absque ea facere valeant, Quibus tamen nihil refragantibus, superior sententia, ac pragmaticæ declaratio præcedentis *dissertatione* tradita, vt per eam non sit minori integra & absoluta administratio concessa, hoc est restitutionis spe destituta, nec aliud minoris ætatis privilegium sublatum, vt potè verissima, ac certissima, omnino amplectenda, ac defendenda est, ex allatis pro ea fundamentis, quæ si non oscitantur, sed attentè, & admissim, ceu par est, perpendantur, adeò firma sunt, ac solida, vt nullam congruam, aut tutam, quæque animum explere possit, solutionem admittant, hæc verò, quæ in contrarium disputatiõis gratia adduximus, facillimam (ni fallor) ac planissimam.

Non igitur obstat primum contrariæ partis fundamentum, quia liberetur quidem fateamur duo illa supposita nostræ sententiæ, ac rationis, quæ ad illam probandum vsi sumus; ac ipsa falsa esse constanter negamus. Nam quod ad suppositum primum attinet, etsi verum sit, verba generaliter, & indistinctè prolata, generaliter, & indistinctè accipienda fore; hoc tamen axioma illam inter alias potissimam limitationem patitur, vt ita demùm procedat, si par ratio, & habitus detur in omnibus terminis, ad quos verbum generale vi sua refertur potest; nam si hæc in aliquo ex illis deficiat, necesse est, vt in eo quoque cesset comprehensio verbi generalis, idque restringatur ad illum terminum, in quo propriè verificari possit, nec vlla detur ablutitas, quippe quam iura modis omnibus vitare conantur, vt planè constat ex l. 2. vers. infames, ff. de officio assessorum, l. quamuis 1. illic Tamen Labeo ait moderandam iurisdictio nem, & in fine, illic. Licet edicti, verba non pariter, ff. de in ius vocando, l. qui restamento 20. in principio illic. Si aliud eos nihil impedit, ff. de testam. l. v. gradam 11. §. 1. illic. Et si lege municipali caueatur, vt præferentur in honoribus certa conditionis homines, at tamen sciendum est, hoc esse obseruandum, si idonei sint, ff. de maneribus, & honoribus, cum similibus à me relatis, latèque exornatis in prælectione ad Textum in cap. 1. de officio ordinarij, nuper in lucem edita, l. p. n. 158. post medium, vers. Quibus consequens ad num. 159. & ibidem congeitis addo nunc Purpuratum in l. 1. numer. 612. ff. de officio eius; Menoch. de arbitrarijs lib. 1. q. 54. n. 48. Mantica de tacitis, & amb. conuent. lib. 3. tit. 2. n. 22 & 44. Patrem Thomam Sanchez de matrimo. lib. 5. disp. 5. n. 25. Diodorum Tuldenum, de iurisprud. extemporalis lib. 2. c. 6. vers. Quantumvis effisitis verbis concepta lex, contrahitur ad personas, resque capaces dispositiois, ac plures cumulatòs à Simone, & Augustino Barbosa, quorum ibi non meminimus, ad axiomata inuis, illo liter. V. n. 23. hoc vero axiomate 22. n. 39. & 41. & Gabr. Alvarez lit. V. n. 56. 61. & 68. Porro, \* & si pragmatica sanctio generaliter, & indistinctè loquatur de minoribus coniugatis, tamen generaliter intellecta tam de minoribus curatore carentibus, quam eum antea habentibus, concederet prioribus; hoc est his, qui absque curatore viuere elegerunt, administrationem, quam iure communi habebant, iuxta reg. Text. in §. item inuis, insi. de curatoribus, innotat. l. 3. vers. Si verò sine curatore constitutus, C. de in ineg. restit. atque ita in eis nihil operaretur, quod planè absurdum, & inusitatum esse abundè à me in præcedenti *dissertat.* probatum est sub num. 3. ne igitur hoc absurdum contingat, necesse est, vt pragmatica sanctio, minoribus, iuxta eius formam matrimonium contrahentibus, administrationem simpliciter concedens, ad eos tantum

tantum minores restringatur, in quibus aliquid vltia ius commune operetur, quales hi sunt, qui sub curatorum iugo constituti reperiuntur, à quo non alias iure ordinatio, quam ex vi illius constitutionis liberari possent.

22 Quomodo etiam obiecta secundi suppositi falsitati occurratur, quia licet verum similiter sit, administrationis verbum non minus, imò multò magis referri ad absolutam, & plenam, tam in liberè contrahendo abique spe restitutionis, quam in comparando legitime in iudicio pro actionum, vel defensionum exercitio, tamen id ita in Regia pragmatica acceptum, absurdum maximum aduersus eius intentionem, quam ratio in ipsa expressa indicat, contineret, vt quod fauore minorum, matrimonium citius contrahentium, introductum est, in apertissimum eorum damnum retorqueretur, contra notissima iuris principia, superius expensa, atque ita ne id absurdum contingat, necesse est, vt administrationis nomine non absoluta sed restricta tantum, que minoribus omninò fauet, ac plenè consulti à legislatore intellecta sit, vt in simili, circa præcedens suppositum philosophabamur.

23 Non item obest 2. principale fundamentum cui non longè dissimiliter respon demus, concedendo maiorem, & minore regulariter, & vbi materia subiecta ratio non repugnat, negando verò consequentiam, quia casus pragmaticæ irregularis est, & materia subiecta ratio potissimum illam verbi administratio significationem non admittit, ob multa, que præcedenti differat. latè tradidimus, & exornauimus ex n. 7. ad 19. Nec nouum est \* vt verbum, certam aliquam propriam significationem habens, vel duas aequè proprias, sed alteram potissimum, ad quam regulariter referri consuevit, ratione tamen subiectæ materiæ, vel qualitatibus personæ, ad quam referatur, & absurdè vitandi gratia, ad aliam siue impropriam, siue minus sequentem significationem transferatur, iuxta

24 textum in l. plenam 12. §. equitè illic. Quis quasi locare cor videtur ff. de vsu, & habitari. l. si vno 17. (quæ alias est sub l. de conditio 15. vers. Sed & si verbo donationis, illic Quis non sit donatio, sed translatio, ff. locati 5. l. insulam 6. ff. de prescrip. verbis. l. si stipulatus 4. vers. Nam quod ad verba, iuncto vers. Sed tamen, ff. de testam. l. ex militari 11. vers. Nam cum ei ff. de testam. militi. l. quousque idem sermo 67. ff. de reg. iur. et adnotat & explicat ultra DD. vbiq; Nicolaus Euerardus in loci legalibus loco 23. à subiecta materia Sebati. Medicis de reg. iur. regul. 1. num. 46. & expendant ad varia Gemianus conf. 29. num. 3. in fin. vbi quod verba generalia restringuntur ad modos proportionabiles materiæ idoneæ, in qua sit expressio, & conf. 73. n. 10. vbi quod debent intelligi, vt conueniant rei, & personæ, Philippus Cornicus conf. 319. nu. 12. vers. 3. Paul. Paris. conf. 102. num. 12. vol. 1. Aymon Crauet. conf. 144. n. 7. p. 1. Roland. à Valle conf. 62. n. 56. vol. 2. Cephal. conf. 76. n. 87. & conf. 347. n. 7. Casar Barcius decif. 110. n. 17. & decif. 125. num. 11. quam plurèq; alij, congesti à Patre Thoma Sanchez de matrimonio lib. 6. disp. 22. n. 18. D. Ioanne del Castillo quot. contr. tom. 4. c. 24. n. 6. l. 10. 23. & 26. c. 24. n. 4. & c. 87. n. 7. August. Barboza axiomata 12. n. 6. 8. 9. 30. & 40. latius Gabr. Aluarez. ad axiomatica iur. lit. V. n. 26. cum 3. segg. ac n. 43. 55. 56. & 68. & à me olim in extemporali lectione typis excelsa cap. 1. de fide instrum. n. 11. vers. In qua differunt.

25 Longè verò aliter se res habet in legibus, ad minoris probationem in argumento allatis, in qui-

bis vice verâ subiectæ materiæ ratio necdum non repugnat, sed etiam apertè postulat, administrationis verbum ad potissimum referri significationem, plenè scilicet, & integre administrationis, nec restitutioni obnoxia respectu administrantium, cuius soli maiores 25. annis capaces sunt, nam quod attinet ad l. 1. §. fin. cum duobus legibus segg. & l. minor. 32. ff. de minoribus, loquuntur illæ de administratione, ante impletam re vera maiorem ætatem à curatore non renouenda, & minoribus committenda, nisi speciali Principis beneficio, vt probaui latè differat. 2. à num. 54. ad 57. id quod non de alia administratione accipi potest, quam de plena, & perfectâ, prout respectu curatorum planissimum est, cum non alij, quam maiores 25. annis talis administrationis capaces sint; respectu verò minorum, quibus, illis remotis, rerum suarum administrationem non esse committendam dicitur, id ipsum patet ex ratione, que initio dist. l. 1. tradita est, his verbis: Nam cum inter omnes consistat, fragile esse, & infirmum huiusmodi ætatis consistum, & multis captationibus suppositum, multorum insidiis expugnatum, auxilium eis Prætor hoc edito pollicetur est, & aduersus captationem opulationem, que ratio planè indicat, illam præsertim administrationem non esse minori committendam, curatore remoto, que ipsum maiorem faciat, & à restitutioni in integrum beneficio excludat; nam nec restricta, seu restitutioni obnoxia ei concederetur in præiudicium curatoris, cui ex eius electione semel à minore facta, ius quæsitum est administrationis continuanda vsq; ad completam omninò ætatem maiorem nem, quemadmodum relato loco ostendimus, sic verissimè conciliantes Text. in dist. l. 1. §. fin. cum §. item inuisi, institution. de curator. in quo (vt sæpè diximus) consistit pragmaticæ priuilegium, inopertibus coniugatis iuxta illius formam indultum.

26 Rursus quod pertinet ad Iulij Pauli responsum in l. fin. ff. de cond. & demonst. quin in potissima significatione administrandi verbum in eo accipiendum sit dubitari non potest; nam præterquam quod in dubio talis interpretatio ex iuris principijs sumenda est, accedit & illud, quod cuiusmodi verbum adiectum est in conditione à parte in testamento scripta, in qua \* præsertim testatoris voluntas elucet, ac præ oculis habenda est, l. in conditionibus 19. illic, in conditionibus primum locum voluntas defuncti obtinet, eaque regit conditiones, & l. pater Severianam (alias Severianam) 101. §. 2. illic, Conditionem verba, que testamento præscribuntur, pro voluntate considerantur, ff. eodem titul. cum similibus congestis, latèq; exornatis à D. Ioanne del Castillo quotidian. controuers. lib. 4. cap. 8. num. 1. Porro \* defuncti voluntas in specie dist. l. fin. non alia fuit, quam vt filius ita demum post mortem suam fideicommissio grauareretur, si is ante eam ætatem decessisset, in quæ res suas redè, & vtiliter administrare posset abique eo, quod restitutioni in integrum auxilio egeret; id quod solum verbum posset, quod testator vltus est, peculiarem ipsius mentem exprimens, satis patet se fert, alias si quidem vteretur tantum verbo administraret, quod vt sua aptum esset comprehendere qualemcumq; administrationem, etiam insufficientem, ac restitutioni obnoxiam, quam vt excluderet, adiecit verbum posset, de ea tantum administratione loqui non obscurè demonstrans, quam ius non tantum minoribus simpliciter permittit, sed etiam expedientem, ac vtilem esse statuit, argum. Text. in l. Nepos Proenlo 125.

27 28 29 30 31

ad fin. vers. Potest etiam, ff. de verb. signif. vbi verbum cum potuero, idem importat ac cum commo- dum erit, & in l. non omne 144. ff. de reg. iur. cum vbiq; notatis, & à Surdo conf. 203. num. 44. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 5. c. 891. num. 31. idèq; rectè Iulius Paulus responder, fideicommissum deberi ob impletam eius conditionem eo ipso, quod filius ante viginti quinque annos decessisset, (que sola ætas plenæ, ac vtilis administrationis capax est, ad l. 1. ff. de minor. cum similibus) licet egressus viginti annos decessisset, atque ita generalior conclusio, quam ex d. l. fin. deduxit Escobar, in argumento relatus, nempe soli maiori 25. annorum administrationem concedi, absolute vera non est, nec in ea lege probatur.

29 Sed & in specie, que ab Vlpiano proponitur in l. sed si vnius 17. §. quod autem ait Prætor, ff. de iniuriis, administrationis verbum planè refertur ad perfectam, nec inutilem et, cuius bona administrantur; negat enim illic Vlpianus ei, qui tali administrationi sufficiens non sit, actionis iniuriarum, de qua ibi agitur, exercitium absente eo, cuius in potestate sit, ac proinde qualitatem illam in causæ cognitione versari docet, iuxta Prætoris edictum, quod ibidem commentatur, de quo in §. ait Prætor, eiusdem l. vnde rectè hoc in sensu deducit Albericus in d. l. ait Prætor 7. ad fin. ff. de in delib. \* administrare prohibuit, prohiberi etiam rem in iudicium deducere, quia procul dubio hæc regula vera est in eo, qui integrè ac perfectè administrare prohibetur, cuique sola restricta, siue restitutioni obnoxia administratio permittitur, hic etiam prohibuit etiam erit actionem exercere, in quibus terminis dumtaxat versamur; vt sæpè diximus, & in eis similitur valet regula contraria, vt qui integrè, ac perfectè absq; spe restitutionis bona sua administrandi ius, ac potestatem habet, consequenter possit etiam rem in iudicium deducere, prout potest is, qui ætatis veniam à Principe impetrat, iuxta tradita differat. præced. sub num. 34.

31 Denique in titulis ff. & C. de admin. tutor. similibusq; locis in argumento adductis, administrationis verbum non ad aliam referri potest, quam plenam, & perfectam, nec restitutioni subiectam respectu administrantium, cum non alij, quam maiores 25. annis ad eam admittantur; vt tam ibi, quam ad sequens argumentum probauimus, ad eoque non rectè inde fit illatio ad nostram pragmaticam, administrationis verbo ventem erga minores, matrimonium iuxta illius præscriptum contrahentes, quibus eam fauorabiliter indulgit, nec proinè in illorum damnum retorquenda est, quod fieret, si plenam & integram administrationem eis concessisset, vt sæpè diximus.

32 Tertium quoque argumentum non magis refragat, quod in summa hoc iuxta syllogismo, Regia pragmatica minorem, nicta eius formam matrimonium contrahentem, & ab anno decimo octauo maiorem per omnia fingit, ac reputat; sed fictio idem operatur, in casu ficto, quod veritas in casu vero; ergo quemadmodum qui vere maior est 25. annis abique spe restitutionis contrahit, & in iudicio legitime comparat, sic & qui à lege pro tali reputatur, seu fingitur. Negamus namque maiorem huius syllogismi propositionem, que non rectè illo probatur entimatem, Pragmatica sanctio minori coniugato non tantum ex anno 18. administrationem concedit bonorum suorum, sed etiam vxoris, ergo ab eo tempore illum pro maiore reputat; nam & si antecessens fateatur D. D. Vela dissertat. Iuris Tom. I.

mut, quippe quod ex pragmatica verbis constat, at non absolute, sed acceptum dumtaxat de administratione æconomica, non etiam de curatoria. Id quod multifariam probatur. Primo, \* quia cum pragmaticæ dispositio æquè respiciat res vxoris, ac proprias mariti, dum ei omnium administrationem sub eadem structura verborum concedit, debet ea pariformiter determinare, ex reg. Tex. in l. iam hoc iure 4. §. sed si alter pater, & l. Lucius Titius 45. in princ. ff. de vulgari, & pupill. subst. legatum 4. vers. Cum tamen proponas, & l. cum quidam, 10. C. de impuberum, & alij substit. cum adductis, latèq; exornatis à Mariò Giurba in consuetudines Senatus Messanensis cap. 3. gloss. 2. num. 12. Marra de success. legali. 1. p. q. 13. art. 9. num. 91. Vincent. Fufatio de substit. 9. 257. num. 12. & 13. D. Ioan. del Castillo quotid. controu. tom. 6. c. 97. ex num. 4. nouissime Gabriele Aluarez ad axiomatica iur. lit. D. num. 82. porro \* maritus res suas non potest administrare velur curator, quia officium hoc erga res alienas exercetur, sed vt patet sam. tantum: ergo & vxoris res, quarum, vt suarum administratio sibi semel permittitur, eodem modo administrandas suscipiet, nempe ideo, quod illa sub æconomica viri, etiam minoris, potestate est iuxta ea, que latè tradidimus differat. 1. ex num. 37. Rursus quia pragmaticæ finis (vt ex proemio dist. cap. 19. constat, & differat. seg. latius explicabimus) non alius est, \* quam adolentes ad 35 matrimonium citius contrahendum inuitare spe prætorum, ibidem propositorum, quorum vnum est, vt illud contrahentes sua, & vxorum bona ab anno decimo octauo administrare possint, & à curatore potestare liberare; non vt ipsi curatorio munere erga res vxoris fungantur, \* quod esset potius eidem onerosum, vt pote ad 36 rationes post expletam maiorem vxorum ætatem reddendam illos adstringens, iuxta reg. Tex. in l. nisi finia 4. ff. de iure, & rati. dist. ab. cum adductis supra differat. 1. numer. 12. & ad reliquum solutionem tacite ipsorum bona obligans, l. olim. vers. discretis. Cod. de leg. aut. l. pro officio 20. Cod. de administ. tut. l. vni. Cod. rem alienam gerentibus, l. vni. §. 1. Cod. de veri vxor. aut. de hered. ab intest. v. n. iem. sine nouella 118. cap. 5. cum his, que vbiq; notauit omnes, optimè Negufantius de pignor. 3. part. membr. 4. numer. 5. quod quidem hypothecæ periculum nec venia ætatis impetrata minores sentirent. Denique \* quia huiusmodi admittis interpretatione, multa specialia contra ius commune pragmatica sanctio contineret, nedum scilicet vt minor à curatore suo, & vxoris, administrationem remouere posset, id quod nos dumtaxat admittimus, sed etiam \* vt maritus vxoris sue curator esset, contra Textum in l. illic: Tamen curator ei creati non potest, C. qui dare tutor. vel curator. possit, §. iudem rescriptum, iuncta gloss. verbo excusate & communi insit. de excusat. tut. l. 3. tit. 7. part. 6. ac rursus vt minor annis 25. tale munus obiret, contra Textum in l. fin. Cod. deleg. tut. cum similibus in argumento adductis; vt tot autem specialia \* simul admitti planè à iure distonum, & absurdum est, l. 1. Cod. de doto premiss. gloss. vrb. placuit. in fin. in l. cum post 70. §. in d. d. num. ff. de in. doi. tradunt etiam, & ad varia expendant Oldrad. conf. 70. in princ. & conf. 325. numer. 4. vers. Item premissa. Anton. Gomez ad l. 45. Tanti n. m. 50. & 91. Tiber. Decian. res. 74. num. 51. lib. 3. Surd. conf. 34. num. 46. Menoch. conf. 336. num. 3. lib. 4. & de presump. lib. 1. quest. 21. numer. 3. quest. 43. numer. 2. & 9. 4. n. 8. & lib. 4. presump. 4. num. 7. ac presump. 41. num. 5. & lib. 6. presump. 6. numer. 13. Alex. Trentacinq. de substit. p. 4. cap. 11. num. 10. Azuced.

ad l. 3. tit. 6. lib. 8. noua compilat. num. 5. et 6. D. Ioann. del Castill. de usufruct. lib. 1. cap. 40. num. 36. Tufch. tom. 7. lit. S. conclus. 360. Steph. Gratian. discept. forens. tom. 3. cap. 1. 18. num. 27. cap. 5. 20. numer. 10. et cap. 57. 3. num. 36. Melchior Phebus decis. Lusitan. 72. num. 1. 5. vers. Si ergo, et decis. 74. num. 9. et 10. Gabr. Aluarez ad actionem iuris lit. D. num. 233.

40 Ex quibus cessat etiam argumenti confirmatio; incipias namque non inuis, minorem posse post certam etatem à lege, vel statuto habitari, & pro maiore per omnia haberi ex iusta aliqua causa, quæ ad sic in vniuersum statuendum legislatorem moueat, iuxta ea, quæ ad vltimi argumenti solutionem dicemus, sed asserimus, id minime efficisse Regiam pragmaticam, sed tantum minoribus, viginti quinque ann. vxorem ducentibus, fauorabiliter indulgisse, vt sua, & vxorum bona, à curatore potestate, & administratione liberantes, sub sua deinceps habere valeant ab anno 18. non tanquam maiores, & habiles ad legitimam administrationem redditu, sed tanquam si ab initio, ex quo puberes relictu, vel effecti sunt, absque curatore viuere elegerint, quo casu administrationem non liberam habent, sed restitutioni obnoxii; atque ita eodem etiam modo illam nunc habebunt ex vi Regiæ pragmaticæ, quæ hoc modo intellecta, mærum minorum fauorem continet, aliter verò damnum, ac præiudicium maximum, quod fauori ipsi præponderaret, contra pragmaticæ intentionem, & ordinarij iuris regulas, sæpius decantatas.

41 Ad 4. arg. respondendum concedendo maiorem, negando tamen minorem, quæ non rectè deducitur ex illis pragmaticæ verbis, *Sin tener necessitas de venia*, non enim significant, minorem coniugatum eodem modo ab anno 18. bona sua, & vxoris administrare posse, ac si ætatis veniam à Principe impetrasset, sed illum ad recipiendum res vxoris, ac suas, per se administrandas, eaque à curatore potestate liberandum, non ege- re veniæ ætatis impetratione, qua alioqui opus haberet, l. 3. ff. de minoribus, & diximus *dissertat. 2. 42. numer. 17.* Non itaque \* à Regia pragmatica æquiparatur omnino minor, eius virtute matrimonium contrahens ei, qui ætatis veniam impetrauit, quia eodem modo illi administrationem Regia functio concederet, ac si maior à Principe factus esset, atque ita id ostendendum vteretur notis omnimodam similitudinem denotantibus, puta, *así como, o de la manera que si viera alezando venia de edad Latine sicut, quemadmodum, aut perinde ac si obiuisset ætatis veniam*, sed tantum (quod longè diuersum est) renittitur minori necessitas, eiusmodi veniam impetrandi, ad præfatum effectum consequendi bonorum administrationem, curatore remoto. In quo quidem \* magnus, & mirabilis minorum fauor clu- cit; nam si veniam impetrasset, etiam bonorum suorum administrationem à curatore remoueret, ac illam simul velut maiores recipere, adeoque à restitutionis in integrum beneficio in contra- ctibus excluderentur, & in iudiciis legitimam haberent personam, in illis per se standi, nec proinde possent absque curatore in litem comparentes, & acta contraria reportantes, eorum nullitatem dicere, iuxta ea, quæ in argumento tradidimus *sub numer. 12.* cum tamen ex vi Regiæ pragmaticæ non egeant illa venia, quæ impetrata, administratio, quam curatore remoto consequerentur, in aliis sibi damnoſa erat, sed veniæ utilitate donata potuerunt quo ad effectum illum merè fauorabilem, curatorem re-

42 numer. 17. Non itaque \* à Regia pragmatica æquiparatur omnino minor, eius virtute matrimonium contrahens ei, qui ætatis veniam impetrauit, quia eodem modo illi administrationem Regia functio concederet, ac si maior à Principe factus esset, atque ita id ostendendum vteretur notis omnimodam similitudinem denotantibus, puta, *así como, o de la manera que si viera alezando venia de edad Latine sicut, quemadmodum, aut perinde ac si obiuisset ætatis veniam*, sed tantum (quod longè diuersum est) renittitur minori necessitas, eiusmodi veniam impetrandi, ad præfatum effectum consequendi bonorum administrationem, curatore remoto. In quo quidem \* magnus, & mirabilis minorum fauor clu- cit; nam si veniam impetrasset, etiam bonorum suorum administrationem à curatore remoueret, ac illam simul velut maiores recipere, adeoque à restitutionis in integrum beneficio in contra- ctibus excluderentur, & in iudiciis legitimam haberent personam, in illis per se standi, nec proinde possent absque curatore in litem comparentes, & acta contraria reportantes, eorum nullitatem dicere, iuxta ea, quæ in argumento tradidimus *sub numer. 12.* cum tamen ex vi Regiæ pragmaticæ non egeant illa venia, quæ impetrata, administratio, quam curatore remoto consequerentur, in aliis sibi damnoſa erat, sed veniæ utilitate donata potuerunt quo ad effectum illum merè fauorabilem, curatorem re-

43 ad illam simul velut maiores recipere, adeoque à restitutionis in integrum beneficio in contra- ctibus excluderentur, & in iudiciis legitimam haberent personam, in illis per se standi, nec proinde possent absque curatore in litem comparentes, & acta contraria reportantes, eorum nullitatem dicere, iuxta ea, quæ in argumento tradidimus *sub numer. 12.* cum tamen ex vi Regiæ pragmaticæ non egeant illa venia, quæ impetrata, administratio, quam curatore remoto consequerentur, in aliis sibi damnoſa erat, sed veniæ utilitate donata potuerunt quo ad effectum illum merè fauorabilem, curatorem re-

mouendi, & in fe bonorum administrationem transferendi, vt ab eo quotidiana alimenta suppe- ditare, aliaque huiusmodi incommoda, ac mole- stias experiri necesse non habeant, quibus annu- meratur decimæ solutio ex fructibus bonorum mi- noris curatori non minus, quam tutori præstanda, iuxta l. 2. titul. 7. lib. 3. fori, iunctis latè traditis à Baeza de decima tutori præst. cap. 3. ex numer. 10. Guric. de tutel. 3. p. cap. 3. ex numer. 3. non etiam quo ad hoc, vt pro maioribus habeantur, atque ita ex- cludantur à beneficio petendæ in integrum restitu- tionis in contractibus, ac dicendi de actorum nullitate in iudiciis, aduersus ipsos per se com- parentes emanatis, imò hæc, & alia minorum pri- uilegia, ex vi Regiæ pragmaticæ, quæ illos ma- iores non effecit, illibata conseruant, id quod ad sequentis argumenti solutionem latius comproba- bimus.

44 Quod si obicias, remissionem impetrationis ve- niæ, quæ minoribus coniugatis à Regia pragmati- ca indulgetur, re ipsa æquiparationem quandam esse minorum, iuxta eius formam matrimonium contrahentium, his, qui veniam ætatis impetra- runt, argumento eorum, quæ circa similitudinis signa tradidere Mandos. de privilegijs ad inster. 9. 2. numer. 9. Pater Suar. de legibus lib. 9. to. cap. 15. facile respondebimus, huiusmodi æquiparationem restrictam tantum esse ad effectum merè fauorabi- lem, potiendi pragmaticæ beneficio, nempe admi- nistrationem in genere recipiendi, curatore remo- to, quod absque venia consequi non possit, aliter tamen quam si ætatis venia re vera impetrata fuisset, vt diximus, atque ita argumentum ab æquiparatis nihil obstat, \* quia in eo tantum casu locum obtinet, in quo fit æquiparatio, non in alijs, l. sufficit 56. iuncta gloss. verbo ita prolixus, vers. Et sunt hæc proportionalia hoc casu, quam ad hoc commendat lal. ibi numer. 33. ff. de condit. indeb. l. Siba- cus 39. illic. Nam inter libertatem, & legatum, quan- tum ad hæc causam nihil distat, ff. de manumississem. l. creditor 35. vers. Qui autem, illic. Simili est condi- tionali creditori, vbi notat Alciatus numer. 6. vers. Sed sufficit, ff. de verb. signifi. resoluunt post alios Mat- theus Matheslanus in tract. de extensione ad numer. 14. ad 18. Seraphinus decis. 288. numer. 5. D. Lu- dovic. Molin. de Hispal. primogen. lib. 2. cap. 3. numer. 19. Ioannes Petr. Surd. decis. 119. numer. 16. et 21. et conf. 39. 3. num. 36. et de alimentis tit. 9. qua. 1. num. 9. Abbas Alphonsus Villagut decis. 42. num. 21. et 22. Molinus de ritu nupt. lib. 3. qua. 46. num. 24. D. Francisc. de Alfato de offic. fiscalis gl. 16. numer. 44. maxime in materi iuris communis correctoria fa- uore certarum personarum, qualis hæc est, & in qua diuersa ratio versatur, vt mox dicetur, \* qua in specie certum est, non valere argumentum de casu expresso ad non expressum, l. quod verò 14. cum duabus seq. ff. de legibus, l. si verò 64. alijs 61. 5. de viro, ff. solut. matrim. l. 1. tam 19. vers. Et quod nul- la, C. de collat. c. qua à iure communi 28. et cap. quod alicui 74. de reg. iur. in 6. gloss. magna vers. An idem in ciuitate, in anibus, quas obijcet, Cod. de Sacros. Ec- cles. et vltra ordinarios obijcet, resoluunt Fran- cisc. Ripa in l. 1. num. 79. ff. solut. matrim. Ioannes Cora. in l. qui liberat 19. num. 12. ff. de ritu nupt. Eue- rard. in locis legalibus loco 13. à simili numer. 10. et lo- co 79. à ratione legis largæ, num. 14. Donel. lib. 1. com- ment. c. 14. vers. vlt. Ant. Monach. decis. Luensis 49. num. 13. Seraph. decis. 333. n. 3. Surdus de aliment. d. tit. 9. q. 1. num. 8. et conf. 1. 90. n. 25. Caldas Perce. de potestate eli- gendi cap. 7. numer. 5. Ioannes Anton. Mangi- lius de impetrat. qua. 130. num. 1. vers. Item ratio, ita sine, Vincent. Fular. de substit. qua. 160. numer. 1. Diodorus

45 in quo fit æquiparatio, non in alijs, l. sufficit 56. iuncta gloss. verbo ita prolixus, vers. Et sunt hæc proportionalia hoc casu, quam ad hoc commendat lal. ibi numer. 33. ff. de condit. indeb. l. Siba- cus 39. illic. Nam inter libertatem, & legatum, quan- tum ad hæc causam nihil distat, ff. de manumississem. l. creditor 35. vers. Qui autem, illic. Simili est condi- tionali creditori, vbi notat Alciatus numer. 6. vers. Sed sufficit, ff. de verb. signifi. resoluunt post alios Mat- theus Matheslanus in tract. de extensione ad numer. 14. ad 18. Seraphinus decis. 288. numer. 5. D. Lu- dovic. Molin. de Hispal. primogen. lib. 2. cap. 3. numer. 19. Ioannes Petr. Surd. decis. 119. numer. 16. et 21. et conf. 39. 3. num. 36. et de alimentis tit. 9. qua. 1. num. 9. Abbas Alphonsus Villagut decis. 42. num. 21. et 22. Molinus de ritu nupt. lib. 3. qua. 46. num. 24. D. Francisc. de Alfato de offic. fiscalis gl. 16. numer. 44. maxime in materi iuris communis correctoria fa- uore certarum personarum, qualis hæc est, & in qua diuersa ratio versatur, vt mox dicetur, \* qua in specie certum est, non valere argumentum de casu expresso ad non expressum, l. quod verò 14. cum duabus seq. ff. de legibus, l. si verò 64. alijs 61. 5. de viro, ff. solut. matrim. l. 1. tam 19. vers. Et quod nul- la, C. de collat. c. qua à iure communi 28. et cap. quod alicui 74. de reg. iur. in 6. gloss. magna vers. An idem in ciuitate, in anibus, quas obijcet, Cod. de Sacros. Ec- cles. et vltra ordinarios obijcet, resoluunt Fran- cisc. Ripa in l. 1. num. 79. ff. solut. matrim. Ioannes Cora. in l. qui liberat 19. num. 12. ff. de ritu nupt. Eue- rard. in locis legalibus loco 13. à simili numer. 10. et lo- co 79. à ratione legis largæ, num. 14. Donel. lib. 1. com- ment. c. 14. vers. vlt. Ant. Monach. decis. Luensis 49. num. 13. Seraph. decis. 333. n. 3. Surdus de aliment. d. tit. 9. q. 1. num. 8. et conf. 1. 90. n. 25. Caldas Perce. de potestate eli- gendi cap. 7. numer. 5. Ioannes Anton. Mangi- lius de impetrat. qua. 130. num. 1. vers. Item ratio, ita sine, Vincent. Fular. de substit. qua. 160. numer. 1. Diodorus

46 in specie certum est, non valere argumentum de casu expresso ad non expressum, l. quod verò 14. cum duabus seq. ff. de legibus, l. si verò 64. alijs 61. 5. de viro, ff. solut. matrim. l. 1. tam 19. vers. Et quod nul- la, C. de collat. c. qua à iure communi 28. et cap. quod alicui 74. de reg. iur. in 6. gloss. magna vers. An idem in ciuitate, in anibus, quas obijcet, Cod. de Sacros. Ec- cles. et vltra ordinarios obijcet, resoluunt Fran- cisc. Ripa in l. 1. num. 79. ff. solut. matrim. Ioannes Cora. in l. qui liberat 19. num. 12. ff. de ritu nupt. Eue- rard. in locis legalibus loco 13. à simili numer. 10. et lo- co 79. à ratione legis largæ, num. 14. Donel. lib. 1. com- ment. c. 14. vers. vlt. Ant. Monach. decis. Luensis 49. num. 13. Seraph. decis. 333. n. 3. Surdus de aliment. d. tit. 9. q. 1. num. 8. et conf. 1. 90. n. 25. Caldas Perce. de potestate eli- gendi cap. 7. numer. 5. Ioannes Anton. Mangi- lius de impetrat. qua. 130. num. 1. vers. Item ratio, ita sine, Vincent. Fular. de substit. qua. 160. numer. 1. Diodorus

Diodorus Tulden. pluribus exemplis confirmans, de iur. prudentia ex temporali, lib. 2. c. 3. vers. Quod contra rationem, et vers. Quod alicui.

